TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0901**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

BIANCHI

1397=98

Supplemento
Cod. Dipl.

901

1397–98

DOCUMENTI
PER LA STORIA DEL FRIULI
DAL 1300 AL 1400
RACCOLTI
DALL' AB. GIUSEPPE BIANCHI

Volume [illegible]

UDINE [illegible]

DOCUMENTI
PER LA STORIA DEL FRIULI
DAL 1200 AL 1400

RACCOLTI

DALL' AB. GIUSEPPE BIANCHI

Volume unico

(Supplemento)

UDINE 1850

1397 24 Gennajo Cividale

Lettera di transito di Pietro Cratter familiare dell'Imperatore

Antonius Dei gratia etc. Universis et singulis Potestatibus, Capitaneis, Castellanis, Notariis, gabellariis, custodibus passuum, et generaliter omnibus aliis Officialibus et familiaribus nostris salutem et gratiam nostram. Cum nobilis Petrus dictus Cratt[illegible] [illegible] Pragensis intendat Pragam reddire cum certis mercibus per eum in Venetiis emptis, videlicet decem amphoris magnis vini diversi generis, viginti saumeriis cum magnis [illegible] et duabus [illegible] aliis ballis cum diversis mercibus, et cum una alia balla plena [illegible] [illegible] mercibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vobis precipiendo mandantes quatenus eundem Petrum cum dictis mercibus omnibus et cum suis equis, rebus, arnesiis, valisiis et familiaribus per quascumque nostras et nostre Ecclesie passus, pontes, portus, terras et loca, sine alicujus dacii, pedagii [illegible] seu alterius gabelle solutione, molestia libere pertransire [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] semel tantum et in quantum nostras [illegible] gratiam et amorem [illegible] sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum in nostra Civitate Austrie anno Domini MCCCXCVII die XXIV Ianuarii indictione V

Registro Lettere. [illegible]

1417 20 gennaio [illegible]

Restituzione dei mulini di Genova

Antonius Dei gratia etc. Subditis nostris Simoni Marcuh et Zamluco [illegible] de terra nostra [illegible] exportavit [illegible] nostra [illegible] preter voluntatem nostram salutem et [illegible] ad [illegible] vadendi [illegible] tenore precipimus et mandamus quatenus infra tres dies proximos futuros [illegible] proxime computandos quorum dierum primum pro primo, secundum pro secundo et tertium pro ultimo et pro [illegible] termino assignamus, debeatis [illegible] ad [illegible] nostre [illegible] cujus vos fecistis contra mandatum et voluntatem nostram

1397 26 Gennajo Cividale

Antonius Dei gratia etc. Subditis nostris Simoni Marcutti et Dominico Grassi de Terra nostra Venzoni salutem cum promptitudine in sanctam obedientia redeundi. Nescimus qua ignorantia seu presumptione temeraria ducti sanorum n···e celsie atque nostrum deprimere et denigrare gravitis et temptatis accumulato verum errore erroribus Superiori nostro nec inobedientes et vos nobis temerarios re- lilis et rebelles. Transeuntem nempe Nuntium Illustrissimi Romanorum Imperatoris et Boemie Regis Domini nostri singularissimi cum mercibus ad usum Regie domus cum litteris sue Imperiose Majestatis quas nedum Foroiulienses qui Imperii sunt et totus orbis venerari tenetur et cum litteris etiam nostris qui Patriarcha sumus et Dominus noster mittere permissione quod quam congruat honori nostro quomodo vos obnoxios reddidistis vos penitus. Imponendo denique finem vestrorum multiplicium errorum reprehensioni que non longis sermocinationibus finitur et quam alter faciemus perseveraveritis in hujusmodi erroribus et cupitis nobis honorem facere stricte precipimus et mandamus quatenus prefatum Nuntium cum ipsius mercibus et cum omnibus etiam litteris passus ei per nos concessis absque solius mune solutione milt- tas, ··· pertransire illico ad ejus petitionem et terminum sub pena et de pena viginti quinque marcharum denariorum nobis irremissibiliter auferenda. Quo quidem dimisso libere pertransire si senseritis vos gravatos compareatis coram nobis recepturi justitie complementum. Datum etc. Datum in nostra Civitate Austrie anno Domini Millesimo die XXVI Ianuarii ··· De harum vero litterarum presentatione relationi Plebani nostri Venzoni in scriptis aut verbo dabimus plenam fidem cui presentationem commisimus antedictam. Reg^o Lettere ···

1397 26 Gennaio Cividale

Antonius Dei etc. Dilectis fidelibus nostris Consilio et Communi terre nostre Venzoni salutem et gratiam nostram. Audivimus displicenter qualiter Dominicus Pesach et Simon Marcuti cives vestri presumptuose et temerarie Willem Pekerstoker civem Pragensem invictissimi Romanorum Regis et Boemie familiarem litteras tam Domini Regis prefati quam nostras habentes denotantes merces ejusdem Domini Regis ad regalem viam permittere cum ipsis mercibus pertransire nullatenus permiserunt. non advertentes quod per summos Romanorum Reges nostra Aquilegiensis Ecclesia est fundata et quod est deterius contra nostras litteras facere nullatenus formidaverunt. Quare tantam presumptionem non valentes conniventibus oculis pertransire vobis harum tenore sub pena centum marcharum denariorum serioso precipimus et mandamus quatenus dictis vestris civibus ordinare curetis quod dictis presentibus prefatum Petrum cum ipsis mercibus absque solutione aliqua permittant libere pertransire. Ceterum sub pena mille marcharum denariorum et interdicti in dicta Terra nostra Venzoni quas penas vos incurrere volumus ipso facto si non feceritis quod mandamus vobis harum tenore serioso precipimus et mandamus quatenus dictos Dominicum et Simonem inducatis ab eisdem mandatis prout etiam et nos eis mandavimus nostris litteris ut infra tres dies a presentatione vobis facta presentium computandos debeant se ab exactione nostre Mute ibidem efficaciter abstinere cum eos totaliter duximus revocandos. Alioquin dicto elapso termino ad exactionem dictarum penarum et ad impositionem ipsius interdicti et ad graviora alia contra vos procedemus prout vestra exegerit inobedientia et contemptus. Harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Data in nostra Civitate Austrie die XXVI. Ianuarii anno Domini MCCCXCVII. Indictione V.

Registro Lettere 13 M C

1397 3 Febrajo Aquileja

Costruzione della chiesa di S Pietro oltre l'Isonzo

Antonius Dei gratia etc. Religioso fratri Iacobo de Cicona capellano Ricardo de Intt-vampne familiari et [illegible] de Marchpalcona fidelibus nostris dilectis salutem et gratiam nostram. De legalitatibus circumspectionibusque vestris plenam atque precipuam fiduciam obtinentes petendi, exigendi et recipiendi nostro nomine omnes et singulas pecunias quas [illegible] vetera quorumcumque existentes quocumque nomine censeantur [illegible] oblatas in [illegible] et pro constructione seu [illegible] de novo edificande in monte prope villam S. Petri ultra
[illegible] conatos [illegible] ex [illegible] aut alio quovis modo promissas ecclesie memorate vobis harum tenore committimus ac licentiam et auctoritatem tenore presentium concedimus plenariam facultatem; concedentes vobis etiam potestatem omnes et singulas personas tam ecclesiasticas quam seculares de dictis pecuniis habentes aut debitores auctoritate nostra sub pena et penis et censura ecclesiastica ad solvere [illegible] compellendi et generaliter omnia alia et singula que in premissis et circa premissa vobis opportuna videbuntur et necessaria quoquo modo etiam si talia forent que mandatum exigerent speciale intendentes quod ad nos spectat ipsas pecunias ad pias causas distribuere aut easdem distribuendas ordinare harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum in nostra Civitate Aquileje die tertio Februarii anno Domini MCCCXCVII. indictione V^a^

Registro Lettere [illegible]

1397 5 Febraro Cividale

I beni confiscati ai Signori di Ragogna son dati in feudo a Tommaso di Spilimbergo

Antonius Dei gratia etc. Nobili viro Thomasio de Spegnimbergo capitaneo nostro Ragonee et Cadubrii salutem et sincere dilectionis affectum. Grata tue fidelitatis et probitatis obsequia que nobis ac nostre Aquilegiensi ecclesie impendisti et maxime in recuperatione et defensione et manuten-tione Castri et terre nostre Ragonee quas vir nequam et proditor Bartholomeus dictus Zottus de Ragonea cum suis consortibus rebellaverat et occupaverat [illegible] stipatus complicibus et sequacibus et que te speramus [illegible] in posterum prestiturum nos inducunt ut tibi red-damus in exhibitionibus munificentie et gratie beneficiis liberales. Quam ob rem volentes te nec immeritis favoribus prosequi [illegible] omnia et singula bona in quibuscumque consistentia et quali-buscumque nominibus censeantur sita in dicta Terra seu castro nostro Ragonee et eius territorio mobilia et immobilia que fuerunt dicti Bartholomei quoque tanquam bona proditoris ac rebellis et de proditione et rebellione [illegible] per sententiam de jure et [illegible] condempnati fuerunt et sunt nostre curie applicata et confiscata, et que Antonius [illegible] eius consortes rebelles et proditores in eisdem castro seu Terra nostra Ragonee et dicto eius territorio habebant et possidebant tempore perpetrationis [illegible] tibi tanquam benemerito [illegible] tenere concedimus et donamus in rectum et legale feudum investientes te juxta morem per [illegible] nostre [illegible] de eisdem mandantes [illegible] omnibus et singulis massariis, co-lonis laboratoribus, affictuariis et censuariis atque inquilinis dictorum bonorum sub [illegible] gratie nostre quod tibi per omnia respondeant de affictibus, juribus et redditibus dictorum bonorum per-petuo pariter et intendant tanquam vero domino seu feudatario eorundem bonorum. Harum sub nostri sigilli appensione litterarum. Datum in nostra Civitate Austrie die quinta Februarii MCCCXCVII Indictione quinta.

Registro libro pag.° 172 [illegible]

1397 18 Febbraio Aversa

Grazia concessa agli abitanti di Portogonaro

Antonius Dei gratia etc. Dilecto familiari nostro Capitaneo nostro s. VIII salutem et gratiam nostram. Supplicationibus nobis pro parte Communitatis Terre nostre Portusgonarii [illegible] porrectis humiliter inclinati, sumus contenti et volumus quod pro usu ipsius Terre nostre Portusgonarii omnia blada cujuscumque sint generis ad ipsam terram nostram libere conducantur, sed extrahantur ulterius juxta proclamationem per nos factam maxime videlicet frumentum, avena, milium pistum ~~faba~~, ~~ciceres~~ et suorum legumina vera que includi volumus in dicta generalitate bladi sicuti sunt faba, ciceres, faseola, pisella et similia sumus contenti quod [illegible] [illegible] pro libito cujuscumque portentur et extraportentur; sed volumus quod tam de blada quam de leguminibus supradictis ad ipsam terram [illegible] quovis modo portandis [illegible] bullettam recipiant, quod bullettam cum bladis supradictis ante aliquam aliam venditionem seu distributionem dictorum bladorum et leguminum nostro familiari dilecto Francisco [illegible] de Terra nostra [illegible] teneantur et debeant personaliter presentare et facta presentatione tunc blada vendere iidem possint et legumina similiter [illegible] voluerint aut extraportare prout eis melius libuerit et placebit, et contra premissa aut aliquid premissorum facientes amisisse intelligantur blada inter nos [illegible] dividenda juxta proclamationem supradictam per nos factam. Que omnia ut [illegible] nostram perveniant in [illegible] loci nostri s. VIII publice et alta voce personaliter facias proclamare ut nullus possit ignorantiam pretendere in premissis. Mandamus igitur [illegible] nostris Officialibus et subditis ne contra presentia aliquid audeant aut audeant attemptare sicut nostram gratiam diligunt et amorem, harum sub nostri sigilli impressione litterarum dictarum in nostra civitate Apulegie die XVIII Februarii anno Domini MCCCXCVII indictione V

Registro Lettere [illegible]

1397 15 marzo Aquileia

Feudo ministeriale riconfermato ad Antonio Ravali da Udine

Antonius Dei gratia etc. Notum facimus universis quod cum nostra nuper constitutus presencia dilectus fidelis noster Antonius q.m [illegible] de nostra Terra Utini habitans nobis cum instantia humiliter supplicavit quod cum bone memorie d. Marquardus Patriarcha dudum [illegible] nobis de dicti supradicti Antonii fidelem atque [illegible] servitorem [illegible] per eum dicto d. [illegible] et mansum dicti [illegible] del sach [illegible] in personis [illegible] superioris Utini nec etiam mansum bone memorie d. Iohannis Patriarcha ultimus predecessor noster sidem Antonio [illegible] de [illegible] concessit et ipsum de eo investivit dignaremur Antonium prefatum de manso huiusmodi more predecessorum nostrorum benignius investire. Nos autem [illegible] et singulis [illegible] dicte concessionis sibi facte per dictos predecessores nostros de manso prefato, considerantesque fidelitate dicti Antonii suis in hoc nobis supplicationibus inclinati nominatum Antonium pro se suisque heredibus legitimis ex se descendentibus utriusque sexus recipientem de supradicto manso cum omnibus et singulis iuribus et pertinentiis suis iure ministerii nostre presentibus investimus et tenore presentium investimus salvo semper iure nostro, nostre Aquilegensis Ecclesie et alterius cuiuscumque. Et [illegible] prefatus Antonius tunc in nostris manibus fidelitatis debite prestitit iuramentum quod fideles ministeriales quilibet domino suo prestare in talibus consuevit. Datum in nostro [illegible] Aquileie sub nostri appensione sigilli die quinto decimo martii anno Domini MCCCXCVII indictione V

Registro Caetani 15 m[illegible]

1397 27 Marzo Cividale

Ordine di fortificare i passi della Livenna

Antonius Dei gratia et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Nobilibus de Porcileis Wilelmino de Prata et Simoni Jacobi de Polcenicho comitibus nostris fidelibus dilectis salutem et gratiam nostram. Nobis [illegible] nostrum generale colloquium per nos in civitate nostra Austrie [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] gentium armigerarum que tam in Italia quam in Alemania fit ac presenti [illegible] et ne [illegible] quod in hac nostra Patria [illegible] posset [illegible] quedam excogitata fuimus ad provisiones aliquas faciendas cum per [illegible] [illegible] minus fierent [illegible] per [illegible] [illegible] [illegible] ad ejusdem Consilium super iisdem per ipsum Consilium extitit diffinitum precipue quod passus Livenne [illegible], ad quam fortificationem [illegible] [illegible] per [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nominati et deputati fuistis et vos de voluntate fidelitate atque vestra plenam in [illegible] fiduciam [illegible] vobis harum tenore committimus quatenus circa fortificationem ipsorum passuum efficaciter intendatis [illegible] [illegible], requirendo omnes et singulos capitaneos [illegible] [illegible] [illegible] fideles nostros ab Capitaneatuum, Gastaldiarum et Nobilium [illegible] et subditis quibuscumque ultra Tulmentum [illegible] [illegible] [illegible] ipsius nostri Consilii deliberatione [illegible] mandando quatenus ad omnem vestram requisitionem ad fortificandum ipsos passus veniant et faciant prout melius vobis visum fuerit expedire et [illegible] [illegible], vobis harum tenore licentiam concedimus et liberam facultatem [illegible] premissa fideliter et diligenter exequenda taliter vos habentes quod si necesse fuerit de bona provisione ac diligentia vos commendare et merito valeamus. Harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Data in nostra Civitate Austrie die vigesimo septimo martii anno Domini MCCCXCVII quinta indictione

[illegible] littera [illegible]

1397 31 marzo Cividale

Ordine di fortificar Portogruaro.

Antonius Dei et. Dilecto nobis Francisco de Perisso de Terra nostra Utini Capitaneo nostro Portusgruarii salutem et gratiam nostram. Quia omnino nostre intentionis existit quod Castrum nostrum dicte Terre nostre Portusgruarii quod multum indiget reparatione, reparetur et statim quod ipsa reparatio incipiatur, volumus et tibi mandamus presentibus quod pro pecuniis aut alio quovis modo meliori lignamina pro ipsa reparatione necessaria subito invenias et illidem conduci facias juxta tamen consilium et ordinationem tibi faciendam per Aloysium et Nicolussium de la Batta de Terra nostra Portusgruarii supradicta fideles nostros quos ad hec duximus specialiter deputandos, harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum in nostra Civitate Austrie die ultimo martii anno Domini MCCCXCVII. Indictione V.

Registro Lettere B. M.

1397 19 Aprile Cividale

Muta di Udine

Antonius Dei gratia etc. Fideli nostro dilecto Mathiussio [illegible] de Terra nostre Utini salutem et gratiam nostram. De devotionis, fidelitatis et legalitatis tue industria plenam atque sinceram fiduciam obtinentes Mutam nostram Terre nostre Utini cum omnibus et singulis juribus et jurisdictionibus quibuscumque ad ipsam nostram Mutam quovis modo spectantibus et pertinentibus tibi harum tenore per unum annum integrum in festo S. Georgii venturo proxime inchoandum et finiendum ut supra dicimus plene atque penitus committendam et hoc pro precio viginti septem marcharum denariorum Aquilegensis monete cuius precii medietatem in prompta et parata pecunia et reliquam medietatem infra sex menses in principio ipsius termini inchoandos nobis debes solvere et teneris. Mandamus igitur universis et singulis quorum interest aut interesse poterit quomodolibet in futurum habentibus pro dicta Muta aliquid et aliqualiter solvere seu de aliquo respondere harum tenore districte quatenus anno predicto durante tibi in hiis omnibus que ad ipsius Mute officium et exactionem spectant et spectare noscuntur, parere et obedire efficaciter studeant et intendant. Alioquin penas et sententias quas tu tuleris in rebelles ratas habebimus atque gratas, faciemusque eas usque ad satisfactionem condignam auctore Domino inviolabiliter observari. Harum nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Data in nostra Civitate Austrie anno Domini MCCCXCVII die XIX. Aprilis indictione V.

Registro Camer. 15 M.C.

1397 26 Aprile Cividale

Intervento degli Astanti nell'amministrazione della giustizia.

Nos Antonius Dei gratia etc. tenore presentium notum facimus universis nostras presentes litteras inspecturis quod in hac nostra Patria Foriiulii nostros ad lo-cum obtinere facimus, ordinavimus et creamus, videlicet Mareschallum et Vicarium in temporalibus generales, Potestates, Capitaneos et Gastaldiones tam in causis criminalibus quam civilibus et profanis quibuscumque secundum antiquas prefate nostre Patrie consuetudines scilicet per Astantes et non aliter unicuique postulatam et debitam habeant iustitiam ministrare. Cum etenim prefati nostri officiales vel ipsorum aliquis sedet pro tribunali ad ius reddendum petunt a circumstantibus in causa de qua questio vertitur, auditis hinc inde allegationibus Quid iuris? et tunc per ipsos Astantes sententiatur, et lata sententia per eos rata et grata habetur et inviolabiliter observatur, ac per dictos nostros Officiales executioni debite demandatur iuxta per ipsos Astantes traditam eis formam. In cuius rei testimonium presentes scribi iussimus et nostri sigilli impressione muniri. Datum in nostra Civitate Austrie die XXVI Aprilis anno Domini MCCCXCVII indictione V.

Registro lettere, I 141

1397 30 Aprile. Cividale

Gastaldia di S. Paolo

Antonius Dei gratia etc. Dilectis fidelibus nostris communitati et hominibus nostre Gastaldie S. Pauli salutem et gratiam nostram. Significamus vobis qualiter de fidelitate et discretionis industria et circumspectione nobilis de [illegible] vobis confidentes dictam prudentem virum principuam Guidonem nos Gastaldiam nostram S. Pauli predictam cum famulis juribus et jurisdictionibus quibuscumque ad ipsam nostram Gastaldiam quovis modo spectantibus et pertinentibus eidem Guidoni ad unum annum integrum et completum die vigesimo mensis marcii proxime venturi inchoandum tenore presentium duximus plene atque precipue committendam, et hoc pretio centum et viginti quinque ducatorum boni auri et justi ponderis cujus pretii medietatem per presentes fatemur habuisse et in prompta ac parata pecunia recepisse, et de ipsa medietate per nos ut premittitur sic recepta eidem Guidoni suisque heredibus plenam remissionem et quietationem plenariam atque perpetuam facimus per presentes reliquam vero medietatem sine ad vigesimum diem proxime venturos nobis debet solvere et tenetur. Fidelitatem igitur vestram harum tenore requirimus et hortamur vobis nec non universis et singulis eidem nostre Gastaldie quomodolibet subjectis seriose mandantes quatenus anno durante hujusmodi eidem Guidoni aut ejus vicegerenti quem deputaverit loco sui in hiis omnibus que ad ipsius nostre Gastaldie spectant officium parere et obedire efficaciter studeant et intendant alioquin penas et sententias quas ipse tulerit in rebelles ratas habebimus atque gratas, faciemusque eas usque ad satisfactionem condignam auctore Domino inviolabiliter observari. Harum sub nostri impressione sigilli testimonio literarum. Datum in nostra Civitate Austrie die ultimo Aprilis, anno Domini MCCCXCVII indictione V.

Registro Lettere B. M. A.

1397 30 Aprile Cividale

Capitaneato di S. Vito.

Antonius Dei gratia etc. nobili fideli nostro dilecto Rizardo q.m Guecelletti de Turre nostro S. Viti salutem et gratiam nostram. De nobilitatis fidelitatis solicitudinisque tuarum virtute plenam atque precipuam fiduciam obtinentes Capitaneatum nostrum S. Viti cum bona et fida custodia ipsius loci cum garitho iuribus et iurisdictionibus quibuscumque ad ipsum nostrum Capitaneatum quovis modo spectantibus et pertinentibus ad unum annum integrum et completum die primo Maii proximi inchoandum et ut sequitur finiendum duximus plene atque precipue committendum et hoc pro pretio trecentorum ducatorum boni auri et iusti ponderis cuius pretii nunc ducentos et viginti ducatos in prompta et parata pecunia solvere teneris et debes, residuum vero videlicet octuaginta ducatos hinc ad unum mensem venturum proximum solvere nobis debes. Mandamus igitur dilectis fidelibus nostris consilio, comunitati et hominibus dicti nostri loci S. Viti, nec non omnibus et singulis Massariis et laboratoribus affictuariis censuariis et aliis capitaneatus nostri S. Viti predicto et eidem Capitaneatui de aliquo respondere debentibus et habentibus aliquid dare aut solvere quovis modo et generaliter universis et singulis eidem Capitaneatui quovis modo subiectis harum tenore districte quatenus dicto unius anni tempore perdurante tunc inchoandi tibi aut tuo vices gerenti quem deputaveris loco tui in his omnibus que ad ipsius capitaneatus spectant officium parere efficaciter studeant et intendant de omnibus affictibus, redditibus, livellis usibus et proventibus ad ipsum capitaneatum spectantibus integraliter respondendo. Aliquam penas et sententias quas rite tulerit in rebelles ratas habebimus atque gratas faciemusque eas usque ad satisfactionem condignam auctore Domino inviolabiliter observari. Iuravisti namque nobis personas eidem nostro Capitaneatui subiectas et alios quoscumque ducere per laudum et sententias et eas contra earum antiquas consuetudines non gravare, castrumque nostrum S. Viti predictum ad honorem et statum nostrum et nostre Ecclesie tenere nobisque et gentibus nostris omni tempore apertum tenere, et ad nostram requisitionem nobis aut successori nostro seu quomolibet Sede vacante capitulo Aquilegiensi aut eius Vicedomino absque aliqua difficultate legaliter assignare, iuraque nostra et nostre Ecclesie in omnibus et per omnia

.bata servare, et ipsius capitaneatus officium bene et solicite exercere [illegible] sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum in nostra Civitate Bachie anno Domini MCCCCXCVII die ultima Aprilis xv indictione

Registrata folio [illegible]

1397 30 Aprile Cividale

Rescritto generale del Patriarcato

Antonius Dei gratia etc. universis et singulis has nostras quietationis litteras inspecturis pateat evidenter quod cum a die quo in nostro fuimus Patriarchatu usque in hodiernum certas nostrarum pecuniarum quantitates receperimus et dari fecerimus nostro nomine et nostre Aquilegiensis Ecclesie venerabili et egregio decretorum Doctore Jacobo de Richardis de Arpino nostro in Spiritualibus Vicario generali et ipsas pro nobis et dicta Ecclesia pro parte pro nobis et dicta Ecclesia necessariis expendi et solvi fecerimus de expensis in dicto tempore factis per Commissarium nostrum ad hoc deputatum per quaternos ejusdem Jacobi bene visos, examinatos et calculatos, invenerimusque per calculationem et dilucidam apparentiam dicte rationis ipsum bene et debite expendisse omnes et singulas dictas pecuniarum quantitates per eum pro nobis, a nobis et nostro nomine et dicte Ecclesie receptas in prefato tempore et eundem annue residuum pecuniarum nobis integre restituisse, dico de dictis quantitatibus pecuniarum habitis per eum a nobis, pro nobis et nostro ac dicte Ecclesie nomine a quibuscumque personis quoque modo a dicta die quo nostrum intravimus Patriarchatum usque in hodiernum et etiam de omnibus aliis et singulis rebus per eum habitis de nostris ac dicte Ecclesie et generaliter de omni eo et toto quod a nobis, pro nobis et nostro nomine et ipsius Ecclesie habuisset et expendisset qualitercumque et qualitercumque in dicto tempore per nos, nostram Ecclesiam ac Successores nostros eidem Jacobo suisque heredibus finem, refutationem, quietationem et absolutionem liberam et perpetuam facimus ex presentes; et hoc quia fatemur et contentamur ipsum bene et debite expendisse omnes quantitates pecuniarum predictas, et residua restauraque restituenda nobis restituisse integre cum effectu ut per calculum dicte rationis sue redditum bene, solidum et mature visa et conclusa apparet. Et de predictis omnibus nobis et nostre Ecclesie fore a dicto die usque ad hodiernum integre et plenarie satisfactum, reddentes ipsum suosque heredes ex nunc quietum et absolutum, reddendo rationem iterum de predictis nobis aut Successoribus nostris aut alicui alieno nostro nomine successorum nostrorum et dicte Aquilegiensis Ecclesie, cum per

fuam rationem per eum redditam mature et solemniter ut prefertur appareat ac de nobis
dictaque curie plene et effectualiter satisfactum. Harum sub nostri appensione sigilli testimonio
litterarum. Datum in nostra civitate Austrie anno Domini MCCCXCVII die ultimo
mensis Aprilis Indictione V

Registrata littera [illegible]

07 2 Maggio Cividale

Gastaldia di Ayello.

Antonius Dei gratia etc. Vitecke fidelibus nostris Benevenuto ab Armis et Johanne de Marils de Terra nostra Utini salutem et gratiam nostram. De fidelitate et sollicitudinibus vestris plenam atque precipuam fiduciam obtinentes Gastaldiam nostram Ayelli cum gastaldie juribus et jurisdictionibus quibuscumque ad ipsam nostram Gastaldiam quovis modo spectantibus vobis harum tenore a die date presentium usque ad unum annum integrum et completum duximus plene atque precipue committendam et hoc pretio viginti marcharum denariorum nostre Aquilegensis monete cuius pretii medietatem statim in prompta et parata pecunia et reliquam medietatem infra sex menses proxime venturos nobis debetis solvere et tenemini. Mandamus igitur universis et singulis Decanis, juratis, massariis et colonis ceterisque hominibus et personis eidem Gastaldie nostre quomodolibet subjectis harum tenore quatenus anno durante hujusmodi vobis, aut vestro Vicegerenti quem deputaveritis loco vestri in hiis omnibus que ad ipsius nostre Gastaldie spectant officium parere et obedire efficaciter studeant et intendant: alioquin penas et sententias quas rite tuleritis in rebelles ratas habebimus atque gratas, faciemusque eas auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum in nostro Patriarchali palatio nostre Civitatis Austrie die secundo maii, anno Domini MCCCXCVII indictione V.

Registro Lettere B. M. O

1397 5 maggio Cuisale

Ordine ai signori di Mawaco di consegnare in mano del Maresciallo Salmarcale Sanvelo da esse incarcerato per delitto di tradimento

Amedeus Dei gratia etc. Dilectis fidelibus nostris Baldassari eiusque consortibus de Mawaco salutem et gratiam nostram. Nuper ad nostram pervenit notitiam qualiter Jannelus Thostanius q.m Rodolfi Binbnauher familiaris tui Baldassari nuper et post in tractatu cum nonnullis suis complicibus de dando proditorie castrum Mavinci personasque vestras cum familia et rebus vestris omnibus in ipso castro quod nonnullis residuum nobis intimus displicere prefatum Jannetum vestris tenent carceribus mancipatum. Et quia concernimus non equum fore ut vos quos presens precipue tangit factum in hoc negotio pars et judices existatis fidelitati vestre mandamus, imponimus et plenarie hortamur affectu quatenus ipsum Jannetum ut de ipso in omnibus criminibus in hoc scelere debitum fiat justitie complementum ad sceleris perveniat in exemplum in manibus nobilis Tancredi Comitis de Mudiglano nostri generalis Marescalli efficaciter consignetis. Volumus etenim tenoreque presentium declaramus ut alicui vestro juri per ipsam resignationem in ipso in ullo aliquatenus non derogetur immo volumus omnia jura vestra per totum et in omnibus salvum fore harum cui nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Data in castro Sancti Ambrosii die quinta mensis maii anno currente millesimo ...

Registro lettere 14 ...

1397 4 maggio Cividale

Gastaldia di Massa

Antonius Dei gratia etc. Nobili Fulcherio de Canali nobis dilecto salutem et gratiam nostram. De fidelitatis discretionisque tue virtute plenam atque precipuam fiduciam obtinentes Gastaldiam nostram Masse cum Castro, iuribus et iurisdictionibus suis quibuscumque ad ipsam nostram Gastaldiam quovismodo spectantibus et pertinentibus tibi a die date presentium usque ad unum annum integrum et completum duximus plene [illegible] tenore presentium committendam, et hoc pretio ducatorum quinquaginta boni auri et iusti ponderis quod totum pretium nobis statim in prompta et parata pecunia debes solvere et numerare. Mandantes igitur [illegible] universis et singulis hominibus et personis quibuscumque nostre Gastaldie quomodolibet subiectis harum tenore [illegible] anno durante [illegible] tibi aut tuo [illegible] quem deputaveris loco tui in hiis omnibus que ad predicte nostre Gastaldie spectant officium parere et obedire efficaciter studeant et intendant. Alioquin penas et sententias quas rite tuleris in rebelles ratas habebimus atque gratas [illegible] usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. [illegible] sub impressione sigilli [illegible] Datum [illegible] octavo mensis [illegible] Domini M CCC [illegible]

[illegible] B M C

1397 10 maggio Cividale

Capitaneato della Chiusa

Antonius Dei gratia etc. Familiari nostro dilecto Petro de Montemonacho salutem et gratiam nostram. De fidelitate et sollicitudine tue probitatis plenam et precipuam fiduciam obtinentes capitaneatum nostrum Clusae cum bona et fida custodia ipsius loci ac cum omnibus et singulis gratiis, iuribus et iurisdictionibus quibuscumque nominumque quocumque censeantur ad ipsum capitaneatum spectantibus et pertinentibus quovis modo tibi harum tenore ad nostrum beneplacitum duximus plene atque precipue committendum. Mandamus igitur universis et singulis loco eiusdem quovis modo subiectis et servitoribus atque tibi pro aliqua mutanti capitaneo, quatenus in omnibus que ad ipsius capitaneatus spectant officium parere et obedire tibi efficaciter studeant et intendant. Alioquin penas et sententias quas tu tuleris in rebelles ratas habebimus atque gratas faciemusque eas usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Tu vero facias nobis personas eidem capitaneatui subiectas quovis modo et quascumque alias ducere per laudum et sententias easque contra earum antiquas consuetudines non gravare appellationesque ad nos interponendas admittere, eas vero licet que de iure fuerint admittenda, dictum locum ad honorem et statum nostre Ecclesie atque nostrum tenere et nobis et nostris gentibus semper tenere apertum, ipsumque finito nostro beneplacito resignare nobis et in nostris manibus aut cuiuscumque mandaverimus, ipsum nobis nostro nomine et Ecclesie nostre Aquilegiensis prefate: ipsumque capitaneatus officium in omnibus et per omnia bene et legaliter exercere. Harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum in nostra Civitate Austrie anno Domini MCCCXCVII, die decimo maii, quinta indictione.

Registra Petrus Br. M. O

1397. 18. maggio Cividale

Capitaneato di Udine

Antonius Dei gratia etc. Nobilibus et prudentibus viris Consilio et Communi Terre nostre Utini nostris fidelibus dilectis salutem et gratiam nostram. Significamus vobis quod de prudentia et fidelitate dilecti fidelis nostri Iohannis de Fagagna civis vestri plenarie confidentes Capitaneatum nostrum Terre nostre Utini cum gavitto, juribus et jurisdictionibus quibuscumque ad ipsum nostrum Capitaneatum quovis modo spectantibus et pertinentibus eidem Iohanni usque ad voluntatis nostre beneplacitum tenore presentium duximus plene atque pure committendum. Fidelitatem igitur vestram tenore presentium requirimus vobis nec non universis et singulis eidem nostro Capitaneatui quomodolibet subjectis serioser mandantes quatenus beneplacito nostro durante huiusmodi eidem Iohanni, aut ejus vicesgerenti quem deputaverit loco sui in hiis omnibus que ad ipsius nostri Capitaneatus spectant officium parere et obedire studeatis ac studeant et intendant. Alioquin penas et sententias quas ille tulerit in rebelles ratas habebimus atque gratas faciemusque eas auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum in nostra Civitate Austrie die decimo octavo Maii anno Domini MCCCXCVII. Indictione V

Registro lettere fo. 111.8

1397 30 Maggio Cividale

Attestato di Antonio Malizia Carafa Marchese d'Istria

Antonius Dei gratia etc. universis et singulis presentes nostras testimoniales litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Universitati vestre harum tenore esse volumus manifestum quod nobilis et egregius miles Antonius alias Malicia Carafa miles de Neapoli nostre Istrie Marchio nobis et Ecclesie nostre bene, legaliterque servivit faciendo semper solicite omne quod potuit in honorem et in comodum nostre Aquilegensis Ecclesie atque nostrum exhibendo se solicitum, fructuosum atque promptissimum ad ea perficienda omni attenta vigilia et amore unde tenemur et merito ipsum reddere omnibus commendatum ut legalem militem atque fidum harum sub nostri impressione sigilli testimonio literarum. Datum in nostra Civitate Austrie die penultimo Maii, V. Indictione anno Domini MCCCXCVII

Dal Registro lettere pag.a 61 B. M. C.

1397 4 Giugno [illegible]

Tommaso [illegible] capitano del [illegible] per [illegible] alcuni abitanti del [illegible] ed alcuni sudditi del [illegible] di Savoia

Nos [illegible] notum facimus universis nostras presentes litteras inspecturis [illegible] et semper [illegible] pro [illegible] per [illegible] Tomasi [illegible] [illegible] volentes [illegible], concorditer et separatim [illegible] Capitaneus [illegible] plenam [illegible] Tomasi [illegible] omnes et singulos [illegible] [illegible] parte ex una et [illegible] Comitis [illegible] parte [illegible] volentes [illegible] [illegible]

[illegible]

possa per nostro precetto subdito inviolabilmente osservarsi ha in sua realtà impressione si- gillo testimonio letterea Datum in nostra [illegible] Anchise die octavo [illegible] anno Domini MCCCXCV indictione V

sul Registro lettere pag.a 13 [illegible]

1397 16 Giugno Cividale

Commissione incaricata di comporre le differenze [illegible] coi [illegible] di [illegible] quanto coi conti di Polcenigo

Antonius Dei gratia etc. Nobili et circumspectis viris Chermino de [illegible] et Ricardo de Rosacio ac nostro in hoc [illegible] et [illegible] Canciello [illegible] nostro dilectis nostris carissimis salutem et gratiam: Cum dudum exorta [illegible] [questio]nis inter nos et Ecclesiam nostram ex una parte et nobiles fideles nostros Comites de Porcilia et [illegible] parte ex altera pretextu et occasione quorundam possessionum et territorii seu pratorum in pertinentiis Terre nostre Sacili, quarum quidem [illegible] partium pretendit [illegible] habere. Nec non de quadam alia discordia seu questione inter nos et Ecclesiam nostram parte ex una et inter nobiles et fideles nostros Comites de Pulcinico parte ex alia occasione etiam et pretextu quarundam aliarum possessionum et territorii in pertinentiis Terre nostre Sacili supradicte quas quidem questiones et discordias omnes cupientes ne inter eos possint graviora scandala exoriri [illegible] modo quo poterit concordia per vos aut judicio terminari, Idcirco de vestra circumspectione probitate et industria plenam fiduciam habentes vobis harum serie litterarum omnium et singularum questionum discordiarum litium et gravaminum examinationem visionem et decisionem per viam primo bone equitatis et concordie si poterit seu transactionis et amicabilis compositionis et tandem per terminationem et decisionem ipsarum per viam juris visis et examinatis juribus utriusque partium plenariam committimus atque damus facultatem volentes ut si vos tres omnes simul vacare et interesse non poteritis circa premissa, duo vestrum id per omnia facere possint quod simul omnes facere valeretis, harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum in nostra Civitate Austrie die XVI Junii anno Domini MCCCXCVII indictione V.

Dal Registro [illegible] pag.ª 65. [illegible]

1397 16 giugno Cividale

Salvocondotto rilasciato ad Antonio Malizia Caraffa Marchese d'Istria onde presentandosi al Patriarca purghirsi se può dalle colpe appostegli

Antonius Dei gratia etc. Universis et singulis presentes nostras litteras inspecturis salutem in Domino et eidem nostris cum gratia nostra fidelibus. Supplicatum nobis est pro parte nobilis et strenui militis Antonii alias Malicie Caraffe de Neapoli nostri Istrie Marchionis quod cum sibi ipse presenserit aliqua contra eum infamie insurrexerint falsa et contra omne debitum honestatis tendentia honorem suum reddere denigratum et ipsum privare gratia nostra: intenditque ad conservandam celebrem famam sue egregie prosapie, et ad conservandam etiam militie gloriam que inter dignitates clarior est servanda, et fidelitatem atque legalitatem suas, ad extinguendum etiam linguas obloquentium quibus opprimerentur virtutes nisi ipsa veritas defensata claresceret; ad recuperandum etiam gratiam et amorem nostrum in quibus acquirendis totum se asserit vigilis incudasse, dignaremur eidem nostras litteras salvumque conductum impertiri ut ad nostram valeat presentiam accedere ad dictam purgandam infamiam quam contra eum asserit surrexisse, et ad reprimendam garrulorum loquacitates si qui sunt taliter qui honorem inviderent debitum et mendaces se suis fictionibus macularent. Que omnia sic dilucide declaratarum se servat quo tanto major nostra erit dilectio erga eum tantoque major honor sue nomini remanebit quanto experientia ipsum probatum reddet ut fornax purius reddere solet aurum. Nos igitur aptantes eundem se purgari infamia si qua incurrit, et a vestigiis suorum videatur minime declinare ut illum qui singulari dileximus affectione cui presens salvus conductus qui tamen a nobis non expediat sed ad evitanda scandala, et ut tutior sit in itinere casu quo sit quaesita tutela persone atque valeat se a quacumque infamia compurgari eidem concedimus litteram salvum conductum per nos, nostram Ecclesiam nostrum Marchionatum et omnes alios et singulos Officiales familiares, fideles et subditos ejusdem Ecclesie atque nostros ad nostram presentiam veniendi standi et discedendi cum omnibus suis sociis et familiaribus equestribus et pedestribus usque et eorum equis valisiis armis et rebus omnibus tam per

terram quam per aquam tute, libere et secure. Mandantes eisdem marescallo, officialibus, familiaribus, fidelibus et subditis nostris et Ecclesie nostre Aquilegiensis quatenus nullam eis-
dem in personis et rebus audeant inferre noxam seu molestiam in quantum nostram cupien-
dunt gratiam et amorem. Harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum
in nostra civitate Austrie Die xvi Iunii, anno Domini MCCCXCVII, indictione V

Dal Registro lettere pag.a 65 B. M. S.

1397 21 Junii Salzburge

Antonius Dei gratia etc. Dilecto in Christo filio venerabili et Religioso fratri Nicolao Abbati in Obremburg salutem et gratiam nostram. Porrecta nobis supplicatio per dilectum nobis in Christo Wysentinum Plebanum s. Pangratii in Windisgratz nostrum Venerabilis Capellanum ac Archidiaconum nostrum [illegible] [illegible] ad verbum ut sequitur continebat.

Antonius Dei gratia etc. nobili viro Ferario Malipetro honorabili Venetiarum civi nostro Gastaldioni sancti Stini salutem et gratiam nostram. De nobilitate, prudentia et fidelitate tue industrie plenam atque precipuam fiduciam obtinentes, Gastaldiam nostram S. Stini cum gravitatibus, affictibus, emolumentis, juribus et jurisdictionibus quibuscumque que ad ipsam Gastaldiam nostram quovis modo spectantibus et pertinentibus Nos a die vigesimo mensis marcii proxime venturi usque ad duos annos tunc immediate sequentes integros et completos duximus plene atque precipue committendam et hoc pretio octuaginta ducatorum boni auri et justi ponderis annuatim quod totum pretium pro predictis duobus annis videlicet centum et sexaginta ducatos nobis statim in prompta et parata pecunia debes solvere et teneris. Mandamus igitur dilectis fidelibus nostris hominibus ac universitati loci nostri S. Stini ceterisque personis ipsi nostre Gastaldie subjectis quatenus modo tenore dictis duobus annis durantibus hujusmodi tibi aut tuo Vicegerenti ... deputaveris loco tui in hiis omnibus que ad ipsius nostre Gastaldie spectant officium pareant et obediant tanquam nobis efficaciter studeant et intendant: alioquin penas et sententias quas rite tuleris in rebelles ratas habebimus atque gratas, faciemusque eas auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Harum sub nostri sigilli appensione testimonio litterarum. Datum in Terra nostra Sacili die decimo mensis Septembris anno Domini MCCCXCVII. Indictione V

Registro Lettere pag° 91 A. M. G.

1397 22 settembre Sacile

investitura feudale di Nassinguerra Gabrieli

In Christi nomine amen Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo septimo quinta indictione die vigesimo secundo septembris Actum Sacili [illegible] in castro Patriarchali in sala ipsius [illegible] Presentibus [illegible] [illegible] Ludovico milite comite de Porcillijs Tancredo comite de Martigliano suprascripti D. Patriarche Marescallo generali Thomasio de Spegnimbergo et [illegible] testibus et aliis in multitudine copiosa. Constitutus in presentia Reverendissimi in Christo Patris et Domini D. Antonii Dei gratia sancte sedis Aquilegiensis Patriarche dignissimi venerabilis et circumspectus vir D. Bartholomeus de Silanengo Aquilegiensis et Civitatensis Canonicus [illegible] dicti D. Patriarche vice et nomine providi [illegible] Nassinguerre quondam ser Guliermi de Gabrielis de Utino et pro ipso Nassinguerra eiusque heredibus humiliter supplicavit ut cum idem Nassinguerra a bone memorie D. Patriarcha Iohanne ultimo ipsius D. Patriarche predecessore habuerit, tenuerit et possederit ac possideat de presenti iure habitantie Terre Sacili unum mansum situm in villa Baredi [illegible] per Tonium et Paschalinum de ipsa villa eundem D. Bartholomeum nomine dicti Nassinguerre et suorum heredum de ipso manso dicto nomine investire benignius et gratiosius dignaretur. Qui D. Patriarcha vero et diligenter examinata dicti sui Predecessoris privilegio considerans prius supplicationem fore iustam et [illegible] eidem D. Bartholomei tanquam iuste et rationabili inclinatus eundem D. Bartholomeum [illegible] ex speciali gratia [illegible] et pro ipso Nassinguerra et suis heredibus recipientem [illegible] manso sito in villa Baredi dicto iure feudi Habitantie Terre Sacili per fimbriam sue tunice plenarie investivit salvo semper iure suo, suaeque Aquilegiensis Ecclesie et alterius cuiuscumque. Qui quidem D. Bartholomeus tunc nomine suprascripto in manibus dicti D. Patriarche fidelitatis debite prestitit iuramentum quod fidelis habitator et vassallus quilibet domino suo prestare in talibus consuevit

Et ego [illegible] natus q.m D. [illegible] de Susanis de Utino publicus imperiali auctoritate notarius et dicti D. Patriarche cancellarius et officialis predictis omnibus et singulis presens interfui et ea ac de mandato dicti D. Patriarche premissa omnia scripsi et fideliter publicavi meo hic signo et nomine apposito consueto in fidem et testimonium premissorum

Registro lettere pat.e 97 B M U

1397 23 Settembre Sacile

Ordine ai Gastaldi della Carnia di restituire le cose tolte agli abitanti di Canale di Gorto e di Socchieve

Antonius Dei gratia etc. Providis Christoforo Cornetti et Nicolao Canciolli de Terra nostra ultri nostris Gastaldionibus Carnee et Cedro Siesgregenti salutem et gratiam nostram. Meminimus vobis sepdere nostro gratis sub attente mandasse ut solite pro vidas per vos receptas Tergario, Nicolao, Wanghey de Veglans ex eo quod arma portaverint restituere deberetis et res Danielis Liavgii de Liargesi ... ipsa occasio ne sequestratis dissequestrare et contra Nicolaum de Agrons ipsa similiter ex causa nullatenus procedatis et equum Francisci Tagulini de Lancto receptum in villa de Invill. Uno cum omnibus aliis rebus receptis prefata occasione restituere et sequestratas dimitte re procuratoris causa qualibet procul mota. Vos vero predicta hactenus facere noluistis. Et quia residente contumacia crescere debet et pena, vobis harum tenore sub pena viginti quinque marcharum pro qualibet vestrum, dicta recepta omnia restitue re et sequestrata dissequestrare curetis, de cetero ex predicta portatione armorum nullum de Canalibus Gorti et Socleti molestando quia illud de licentia nostra fecerunt. Alioquin certificare vos volumus quod nostro generali marescallo mandavimus quod nisi premissa adimpleveritis cum effectu quod contra vos et vestrum quemlibet ad ~~...~~ tionem dicte pene procedat, et impenendum dirigendum ~~cum~~ ~~...~~ in Terris nostris majores prout nostri exegerit inobedientia et contemptus tenorem sub nostri impositione sigilli testimonio litterarum. Datum in Terra nostra Sacili die XXIII. Septembris anno Domini MCCCXCVII Indictione V.

Registro litterae pag. 92 ... 1 ...

1397 25. Settembre Sacile

Nos Antonius Dei gratia etc. Tenore presentium notum facimus universis quod pro parte providi fidelis nostri Evandrii de Brunaciis de Terra nostra Utini nobis noviter extitit humiliter supplicatum, ut cum alias commiserimus eidem notas Abbreviaturas et Prothocolla quondam Iohannis Nicolai olim Fantussii notarii de dicta Terra nostra Utini, ac ipsius Fantussii et quorumdam aliorum notariorum quorum Prothocolla eos aut eorum aliquem habuisse contigerit, ut de ipsa commissione aliis nostris litteris desuper confectis clare patet ipsasque notas et Prothocolla vigore ipsius nostre Commissionis penes se habuerit et possederit. Et ulterius ex certis et rationabilibus causis eum ad hoc moventibus, ius suum quod habuit vigore commissionis predicte in dictis notis et abreviaturis dilecto nobis Mattheo q. Iohannis notarii Nane de dicta Terra nostra Utini sponte pure et libere cesserit, eundem Mattheum de dictis notis abreviaturis et Prothocollis investire benignius et gratiosius dignaremur. Nos igitur eundem Mattheum a nostra presentia constitutum, examinari fecimus diligenter postquam ex examinatione eundem reperimus ad hoc sufficientem et propterea ipsius Evandrii supplicationibus tanquam iustis inclinati eidem Mattheo ipsas notas et prothocolla ac abreviaturas dictorum quondam Fantussii et Iohannis ac omnium aliorum Notariorum quorum Prothocolla eos aut aliquem eorum habuisse contigerit presens per eum fideliter publicabit nihil addendo aut minuendo quod sensum mutet aut variet intellectum concessimus et committimus per presentes et ipsum Mattheum coram nobis flexis genibus existentem per fimbriam nostre tunice plenarie investivimus de eisdem, ac eidem Mattheo auctoritatem et potestatem concedimus ipsas notas et prothocolla videndi et examinandi, ac auctoritate nostra illis quorum interest publicandi tociens quoties expediens fuerit aut necessaria. Harum sub nostri impressione sigilli testimonio [illegible]. Datum in Terra nostra Sacili die XXV mensis Septembris anno Domini MCCCXCVII indictione V

Registro Lettere pag. 49

1397 26 Settembre Sacile

Capitaneato e Muta di Monfalcone

Antonius Dei gratia etc. Dilectis fidelibus nostris Thomasio et Georgio fratribus de la Villa de Terra nostra Glemone salutem et gratiam nostram. Vestris fidelitatibus, legalitatibus et discretionibus nostris plenam atque precipuam fiduciam obtinentes Capitaneatum et Mutam nostras loci nostri Montisfalconis ac castri nostri ibidem bonam ac fidam custodiam cum gastaldia, juribus et jurisdictionibus quibuscumque ad Capitaneatum et Mutam nostras hujusmodi quovis modo spectantibus et pertinentibus vobis a die primo mensis octobris proxime venturo usque ad unum annum tunc immediate sequentem integrum et completum duximus plene atque precipue tenore presentium committendos et hoc pretio octingentorum Ducatorum boni auri et justi ponderis, cujus pretii quingentos quinquaginta Ducatos nobis statim in prompta et parata pecunia et reliquos ducentos et quinquaginta infra sex menses proxime venturos nobis debetis solvere et tenemini. Cum hac tamen conditione quod si generalis aut specialis guerra, quod absit, occurreret in hac Patria seu in locis circumvicinis aut inimicorum seu predonum insultus propter quos strata nostra Montisfalconis non curreret et per consequens muta non valeret tunc vos si nesciverimus vobis hoc significare teneamini, et facta notificatione et ita reperiretur esse vobis de dicta ultima paga secundum extimationem proborum duorum virorum electorum hinc inde, videlicet unum per nos et alium per vos pro rata temporis quo dicta strata non curreret, seu ipsa Muta exigi non potuerit debemus diffalcare et condignam facere recompensam. Mandamus igitur dilectis fidelibus nostris Consilio et Communi dicti nostri loci Montisfalconis nec non universis et singulis eidem nostro Capitaneatui quomodolibet subjectis harum tenore districte quatenus anno durante hujusmodi vobis et vestro Vicegerenti quem deputaveritis loco vestri in his omnibus que ad ipsarum Mute et Capitaneatus nostri spectant officia parere et obedire efficaciter studeant et intendant. Alioquin penas et sententias quas vos rite tuleritis in rebelles ratas habebimus atque gratas, faciemusque eas auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Promisistis namque nobis ...

castrum nostrum prefatum ad honorem et statum nostrum et nostre Aquilegiensis Ecclesie custodietis fideliter et servabitis, nobisque et gentibus nostris omni tempore apertum tenebitis, et in fine dicti anni nobis seu nuncio nostro, aut modo quocumque sede vacante, Capitulo Aquilegiensi aut ejus Yconomo absque difficultate qualibet libere resignabitis; personasque citam Capitaneatui nostro subjectas et quascumque alias diretis rationabiliter per laudum et contentum, easque contra antiquas consuetudines non gravabitis. Appellationes ad Curiam nostram interponendas admittetis, illas videlicet que legitime fuerint admittende, juraque nostra et nostre Aquilegiensis Ecclesie eidem Militie servabitis et ipsorum Capitaneatus et Militie officia in omnibus et per omnia legaliter et fideliter exercebitis, harum sub nostri appensione sigilli testimonio litterarum. Datum in Terra nostra Sacili die XXVI septembris anno Domini MCCCXCVII. Indictione V

Registro litere pag. 99.100. B.M. ●

1397 3 ottobre Sacile

Agli abitanti di Antegna a proibire il pescare senza licenza del Capitano

Antonius Zeno etc. et consiliariis et hominibus ville Antegne salutem. Percepimus nuper quod aliqui vestrum ausu temerario et propria auctoritate vel potius temeritate piscari audent in aquis nostris absque licentia nostra et ideo vobis et cuilibet vestrum sub obtentu gratie nostre serio precipimus et mandamus quatenus de cetero nullus vestrum piscari audeat sine licentia nostra et capitanei nostri alioquin contra vos et ad exactionem penarum in talibus consuetarum procul dubio procedi mandabimus vestra non licentia non obstante. Datum in Terra nostra Sacili die tertio Octobris anno Domini millesimo ccclxxxxvii indictione V

Registro lettere pag. 17 B. M. C.

1397 3. Ottobre Sacile

Ordine al Capitano di Gemona di affittare e ridurre a cultura le terre incolte del di lui distretto

Antonius Dei gratia etc. Nobili Iohanni de Medune nostro Capitaneo Glemone fideli dilecto salutem et gratiam nostram. Cum ex debito nostri camerali officii teneamur pro parte possessiones excolari facere et inculta reducere ad culturam, percepimusque quod sub tibi commisso Capitaneatu Terre nostre Glemone et Artenee non nulle sint possessiones ad quarum affictationem alii ex tuis occupati negotiis intendere non valentes et de tua fidelitate ac discretione plenam in Domino fiduciam obtinentes tibi omnes et singulas possessiones nostras sub dicto Capitaneatu nostro Glemone et Artenee existentes pariter pro affictu debito et competenti ad annum et annos prout tibi melius visum fuerit expedire et pro nobis et Ecclesia nostra utilius locandi et affictandi auctoritate nostra licentiam et auctoritatem tenore presentium concedimus et liberam facultatem harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum in Terra nostra Sacili die tertia octobris anno Domini MCCCXCVII Indictione V.

Regist. litter. pag.° 97 ... m.o

1397 11 ottobre Sacile

Capitanato del Cadore

Antonius Dei gratia etc. nobili Thomasio de Spegnimberga nostro Capitaneo Cadubrii fi-
deli dilecto salutem et gratiam nostram. Cum ex aliquibus arduis et necessariis causis et pre-
cipue pro solvendis certis expensis per te in Castro nostro Reganee de nostro mandato factis, de
quibus tibi in promptu solutionem non possumus facere ullo modo, et dignum sit quod
tuas habeas pecunias aut de eis saltem securus existas, decrevimus tibi Capitaneatum no-
strum Cadubrii pro uno anno vendere infrascriptum. Et de nobilitate, prudentia, expe-
rientia, legalitate et fidelitate tua, virtute plenam ac singularem confidentiam atque fidu-
ciam obtinentes, dictum Capitaneatum nostrum Cadubrii nec non castrorum nostrorum ibidem
Plebis videlicet et Botestagni bonam et fidam custodiam cum gradibus atque affictibus, red-
ditibus, censibus, iuribus et iurisdictionibus quibuscumque ad ipsum nostrum Capitaneatum quovis
modo spectantibus et pertinentibus, tibi a die vigesima mensis [illegible] proxime venturi usque
ad unum annum tunc immediate sequentem integrum et completum tenore presentium damus
plene atque precipue concedendos et hoc pretio septingentorum ducatorum boni auri et iusti pon-
deris cuius pretii sexcentos ducatos pro solutione integra dictarum expensarum tibi volumus
[illegible] tibi [illegible] reliquos vero centum ducatos nobis statim in prompto et parata pe[cunia]
[illegible] et [illegible]. Tali tamen pacto et conditione quod si ex guerra [illegible] nostro [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] non posset [illegible] pro [illegible]
[illegible] ad [illegible] [illegible] nos debemus pro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
nostro consilio et [illegible] Contrate nostre Cadubrii nec non universis et
hoc [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] dilectis fidelibus singu-
lis eidem nostro Capitaneatui premissis subiectis harum tenore quatenus [illegible] durante [illegible] tibi
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in omnibus que ad ipsius nostri Capitaneatus
spectant [illegible] parere et obedire efficaciter studeant et [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] durante [illegible] parere
et efficaciter obedire alioquin penas et sententias quas rite tuleris in rebelles ratas ha-
bebimus atque gratas faciemusque eas auctore Domino usque ad satisfactionem condignam
inviolabiliter observari. Promisisti namque nobis [illegible] iuramento quod [illegible] eidem Capit.

tenebis nostros subjectos, et quascumque alias facies rationabiliter puniendum et sententiam exequi contra eorum antiquas et laudabiles consuetudines non gravando. Appellationes quoque ad nos et nostram Curiam interponendas admittes, eas videlicet que de iure fuerint admittende. De quibus nostra curia ad honorem statum et fidelitatem nostram et dicte nostre terre fideliter custodies et servabis nobisque et gentibus nostris omni tempore accepta tenebis et in fine dicti anni nobis aut cui mandaverimus seu quocumque modo sede vacante Capitulo Aquilegensi aut ejus Vicedomino fideliter absque difficultate qualibet assignabis, juraque nostra et nostre Aquilegiensis Ecclesie ibidem illibata servabis in omnibus et per omnia, et dicti nostri Capitaneatus officium fideliter et sollicite exercebis. In quorum sub nostri appensione sigilli testimonio. Datum in terra nostra Sacili die quarto Junii, anno Domini mcccxvii indictione V.

Registro Celtire ...

1397 12 Ottobre Sacile [illegible]

[illegible] feudo ministeriale concessa a Gisberto da Sacile [illegible]

[illegible]

[illegible] Antonius Dei gratia [illegible] facimus manifestum [illegible]

[illegible] litteras inspecturis quod cum ad notitiam [illegible] honesta Florus [illegible]

[illegible] vendutam de terra nostra [illegible] nec non Nicolaus et Christophorus ipsius Floris et

[illegible] filii domum [illegible] nostram et nostrae Ecclesiae feudum mi-

nisterii faciendi panem [illegible] nobis aut successoribus nostris seu nostrae Sed[is]

[illegible] ecclesiae capituli [illegible] tenebantur, vendiderant propter

quod merito exigente justitia inciderant in commissum legis et juris dicentis rem feudalem

domino irrequisito vendi non posse, et si secus factum fuerit venditorem cadere a jure

[illegible], et ipsum feudum venditum domino ut premittitur irrequisito devolvi ad dominum

feudi. Qua [illegible] venerabili et egregio decretorum [illegible] Jacobo de Arpino nostro in spi-

ritualibus vicario generali commisimus ut coram se nostro nomine citare deberet dictos

Florem, Nicolaum et Christophorum ad certam diem ad dicendum et allegandum causam seu

causas legitimam seu legitimas propter quam ex causis predictis non deberent declarari privati

dicta domo seu feudo ministerii, et ipsam domum ad nos et nostram Ecclesiam esse legitime

devolutam. Quibus per [illegible] nostrum vicarium et commissarium citatis coram eo confessi sunt

ad interrogationem judicialem et [illegible] vicarii et commissarii prelibati ipsam

domum feudum nostrum esse [illegible] ministerii et eandem sic ut premittitur vendidisse, [illegible]

[illegible] cujus confessionis [illegible] noster vicarius et commissarius per suam diffinitivam senten-

tiam decernit ipsos Florem [illegible] et Christophorum incidisse in commissum juris dic-

tae domus feudi ministerialis et pro tanto eosdem venditores ipso feudo ministerii fore

privatos et ipsum feudum ad nos et Ecclesiam nostram fuisse et esse legitime devolutum

prout in processu per dictum nostrum vicarium et commissarium facto, pleniora omnia latius con-

tinentur. [illegible] sic peractis nostram provinciam adiens dilectus fidelis noster Gisbertus quon-

dam Liberti de Cremona in dicta terra nostra Sacili habitans nobis cum instantia humilius

supplicavit ut sibi de gratia speciali dictam domum concederemus in feudum ministeriale et mini-

sterii prelibati et ipsum de dicta domo ipso jure ministerii faciendi panem quandocumque. Nos

et Successores nostri ad dictam Terram nostram Sacili applicuerimus seu applicuerint, ad ibidem

de eadem speciali gratia

morandum transeat, investire benigniter et gratiosius dignaremur. Nos vero considerantes puram

fidelitatem et prompta servitia que nobis et dicte nostre Aquilegiensi Ecclesie idem Gisbertus lega-

liter, fideliter et sollicite impendit et impendere per eum speramus dante Domino fidelius et ferventius

in futurum Volentesque nobis et ipsi nostre Ecclesie novum ministerialem acquirere et prop-

terea ipsius Gisberti supplicationibus dictis suis exigentibus meritis[,] annuentes in hac parte justis et

rationabilibus Inclinati eundem Gisbertum coram nobis flexis genibus assistentem et pro se suisque

heredibus recipientem de dicta domo inferius descripta dicto Jure feudi ministerii faciendo panem

per nos et Successores nostros ac vice et nomine nostre Aquilegiensis Ecclesie supradicta per fimbriam

nostre vestis investivimus et tenore presentium investimus, salvo semper jure nostro, nostreque Aqui-

legiensis Ecclesie et alterius cuiuscumque. Qui quidem Gisbertus tunc in nostris manibus fidelitatis pre-

stitit solitum juramentum quod fidelis ministerialis quilibet suo Domino prestare in talibus

consuevit, ac bene fideliter et sollicite facere ministerium prelibatum ut tenetur et debet.

Domus autem de qua supra fit mentio est in Terra Sacili sita, et infra istos situata con-

fines per faciem est via publica, retro murus communis, ab una parte domus heredum

quondam Corradini de Pavillons et domus Dandelis quondam filii Zanussii de Pavillons, et

ab alia parte via publica per quam itur ad molendinum filiorum quondam Benevenuti quon-

dam Bene, salvis confinibus verioribus. Harum autem nostri appensione sigilli testimonio littera-

rum. Datum in Terra nostra Sacili die XII octobris anno Domini MCCCXCVII indictione V.

Registro litterae pag. 155-106 B. M. A.

1397 28 Ottobre Sacile

Il Patriarca conferma l'unione della Gastaldia di Caneva e di Polcenigo a quella di Sacile

Nos Antonius Dei gratia etc Tenore presentium notum facimus universis et singulis hoc has presentes litteras inspecturis quod cum per bone memorie Dominus Bertrandum, ? ... et Io hannem olim Patriarchas Predecessores nostros attendentes puram fidelitatem et devotionis constan tiam dilectorum filiorum nostrorum Consilii, Communis et populi Terre nostre Sacili quam ips et eorum Antecessores nobis legaliter et fideliter continue impenderunt, volentes propterea eun dem augmentare Terram et eis gratiam facere specialem ut ad fidelitatem debitam se animo sentius fervenciter Gastaldia Canee et Polcenigi cum gastaldia juribus et jurisdictionibus quibuscumque que ad ipsam Gastaldiam quovis modo spectantibus et pertinentibus Capitaneatui et jurisdictioni ipsius Capitanei dicte Terre nostre Sacili perpetuo unita et incorporata fuerit, statuentes et volentes ut vigore dicte unionis et incorporationis ipsa Gastaldia seu homines et persone sub eadem existentes et que pro tempore fuerint per Capitaneum Sacili qui similiter pro tempore fuerit de cetero regerentur, et quod persone ipse de cetero veniant ad dictam Terram nostram Sacili ad jus reddendum et recipiendum ac coram eo in jure respondendum ac eidem Capitaneo in omnibus que justitiam concernunt predictam obedire debeant: quodque ipse Capitaneus de omni bus causis, questionibus et querelis personarum, bonorum et rerum dicte Gastaldie Canee et Polcenigi secundum statuta, consuetudines et jura dicte Terre nostre Sacili eodemque modo et forma quo servantur in causis hominum et districtualium de Sacilo videre habeat, co gnoscere et terminare; Ita quod in omnibus et per omnia fiant per dictum Capitaneum Sacili de personis ipsius Gastaldie et communicantes tanquam de civibus antiquis et districtualibus ipsius Terre Sacili, reditibus tamen ipsius Gastaldie Patriarchali camere reservatis etc. prout in pri vilegiis dictorum nostrorum Predecessorum per nos visis et inferius declaratur, latius continetur ... ; postque ipsius unionis et incorporationis facta fuerit nonnulla lis exorta inter dilectos filios no stros Consilium Communitatem et populum dicte Terre nostre Sacili ex una parte et nonnullas universitates dicte Gastaldie Canee et Polcenigi parte ex altera propter quam litem etc. tam ut ad pacem et bonam concordiam partes ipsas reducere possemus et optamus et non tantum ipsam sed etiam omnes fideles nostros alias discrepantes ut etiam teneamus ex

debito nobis pastoralis incumbenti officii videre utriusque partis jura volentes, ea sic
utrique parti mandaverimus ut sua jura coram nobis producerent per nos viden-
da et subtiliter examinanda, dictis de Sacilo petentibus ipsam unionem et omnia et sin-
gula superdicta sic confirmari, et predictis ~~[illegible]~~ de Castaldia dictam unionem revocari cum
instantia postulantibus. Tandem volentes ipse partes nostris parere mandatis utraque pars coram
nobis integre jura sua produxit, et nos juribus ipsis visis et diligentissime examinatis, habita
prius per nos matura et diligenti deliberatione et consilio, volentes ipsas partes ad pacem et uni-
tatem reducere dictam unionem et incorporationem sic ut premittitur per nostros predecessores fac-
tam ... quod Castaldia predicta Cavolani et Milani cum villis, juribus et jurisdictioni-
bus ad ipsam Castaldiam quovis modo spectantibus et pertinentibus Capitaneatui dicte Terre
nostre Sacili perpetuo sit unita et quod homines et persone ipsius Castaldie de presenti
existentes et qui pro tempore fuerint per Capitaneum dicte Terre nostre Sacili qui similiter
pro tempore fuerit regantur, et quod persone ipse ad jus reddendum et recipiendum ac
etiam petendum et respondendum civiliter in jure Sacilum coram ipso Capitaneo venire
teneantur et debeant, et eidem Capitaneo in hiis plenarie obedire, et ipse Capitaneus ip-
sos homines et personas ac causas et querelas eorum ac bona et res dicte Castaldie in om-
nibus et per omnia tractare debeat secundum statuta, consuetudines et jura dicte Terre nostre
Sacili, et ita in causis eorum ... ipsorum procedere sicut in causis hominum et dis-
trictualium dicte Terre Sacili ita quod super premissis omnibus fiat per dictum Capitaneum Sacili
de personis dicte Castaldie, et in eorum causis tanquam de vicinis antiquis et veris districtualibus
Terre Sacili supradicte omnibus modo, jure et forma quibus melius et efficatius possumus ratifi-
camus, approbamus ac in omnibus et per omnia tenore presentium confirmamus ultra pre-
missa nihilominus declarantes quod propter dictam unionem et incorporationem dicti homines
et persone dicte Castaldie Cavolani et Milani ad aliquam ~~faciendam~~ factionem, guardam, Schyrgnwaytam,
plovinam, angariam, impositam, collectam sive aliam quamcumque impositionem cujuscumque
conditionis existat ipsis de Sacilo faciendam minime teneantur, nec teneri eos volumus, ymo
per presentes tanquam hec minime ut prefertur facere debentes a premissis omnibus faction-
ibus, guardis, ploviis, angariis, impositis, collectis seu aliis impositionibus tenore presentium dic-
tos de Castaldia absolvimus et perpetuo liberamus in rerum quidem circumspectionis oculos ad illas

ted salutem et utilitatem diligenter convertere debemus ex quo salus, honor et quies et sta-
tus noster nostraeque Ecclesie et Patrie habilius surgere potest, ipsiusque turbatio et periclitatio pre-
dictorum quietis, honoris et status esse causa: considerantes igitur predictam nostram Terram Sa-
cili unam de clavibus nostre Patrie Forijulii fore, propter quod majore indiget diligentia
et custodia quia quod a pluribus concupitur facilius custoditur, volumus et mandamus quod
homines ville Gastaldie Cavilani venire ad Sacilum ad faciendas custodias de nocte uti huc usque
fecerunt, nec non debeant quando necesse erit pro utilitate predicte Terre Sacili plovica fa-
cere unum et plura ut alii homines Terre et sub districtu Sacili sunt consueti facere, quam
utilitatem et necessitatem cognoscendas per judicium Capitanei nostri nostrorumque Successorum
qui pro tempore erunt precipimus judicare; volentes ut tantum per ipsum Capitaneum aut per ali-
quem suum officialem aut familiarem cui hoc commiserit specialiter aut ejus Vicecapitaneum
tam ad dictam custam quam ad plovicum aut plovica facienda constringantur et non per
alium seu alios quovis modo harum sub nostri appensione sigilli testimonio litterarum
Datum in Terra nostra Sacili die XXVIII octobris, anno Domini MCCCXCVII indictione V

Registro lettere pag.a 108 109. [illegible]

1397 8 novembre Utino

Agli abitanti dei Canali di Gorto e di Socchieve, vien accordato il permesso di opporsi anche colla forza all'ingiuste pretensioni dei Gastaldi di Tolmezzo.

Antonius Dei gratia etc. Dilectis fidelibus nostris hominibus Canalium Gorti et Soclavi salutem et gratiam nostram. Cum per vestras nobis assignatas litteras, per negistros gastaldiones Carnee viderimus citari, subpignorari et multis aliis et diversis viis et modis ad iniquum molestari pro nostro non obtemperando quin potius ipsas contemnendo eo quod semel tantumodo [illegible] ultra [illegible] solidum et [illegible] ipsius [illegible] potestatis de qua vos fuistis sine diminutione absoluti [illegible] volentes vos in dicta absolutione manutenere et ipsorum Gastaldionum rebellionibus obviare, per presentes vobis et vestrum cuilibet concedimus quod dictorum Gastaldionum mandatis ratione predicta predicte cause non comparendi nec comparere teneamini, et in casu quo dicti Gastaldiones vel ipsorum aliquis aut ipsorum nuntius vestrum aliquem molestare aut pignorare vellet seu alio modo gravare occasione armorum portatorum et predictorum quod ipsis aut ipsorum alicui resistatis cum vestri fortiter defensionem [illegible] quod subpignorare vos non possint aut possit nullam penam inde incurrentes spiritualem aut temporalem; penas et sententias quascumque que ipsi Gastaldiones aut ipsorum aliquis contra vos aut vestrum aliquem protulerint ac ~~[illegible]~~ ferre possint per Iuratos Terre nostre Tulmeçii predicta de causa annullamus et nunc prout ex tunc irritamus volentes quod ulterius sint roboris aut momenti. In quorum testimonium presentes fieri jussimus nostri sigilli impressione munitas. Data in Terra nostra Utini die octavo Novembris anno Domini MCCCXCVII indictione V

Registro Lettere pag. 111. A. M. C.

51

1397 9 novembre Muglia

Gastaldia di [illegible]

Antonius Dei gratia etc. nobili et egregio militi Francisco de [illegible] nostro fideli dilecto salutem et gratiam nostram. De nobilitatis et sufficientie tue virtute plenam atque precipuam fiduciam obtinentes Gastaldiam nostram [illegible] cum [illegible] juribus et jurisdictionibus quibuscumque ad ipsam nostram Gastaldiam [illegible] modo spectantibus tibi a primo die mensis Novembris proxime preterito usque ad unum annum tunc immediate sequentem integrum et completum harum tenore damus plene atque [illegible] committendam, et pro pretio [illegible] marcharum denariorum quod tantum pretium [illegible] de gratia condonamus. Mandamus igitur universis et singulis Decanis, [illegible] ac omnibus et singulis hominibus et personis ipsi nostre Gastaldie quomodolibet subjectis harum tenore districte quatenus anno durante [illegible] tibi aut tuo vicegerenti quem deputaveris loco tuo in hiis omnibus que ad ipsum nostre Gastaldie spectant officium pareant et obediant efficaciter studeant et intendant alioquin penas et sententias quas tu [illegible] in rebelles rite [illegible] ratas habebimus atque gratas faciemusque eas auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari harum sub nostri sigilli impressione [illegible]. Datum in Terra nostra Muglo die nona Novembris anno Domini MCCCXCVII indictione V

Reg. [illegible] pag. [illegible]

1397 10 Novembre [illegible]

Si raccomanda l'elemosina per l'Ospitale di S. Spirito

Antonius Dei gratia etc. Universis et singulis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Archidiaconis, Decanis, Plebanis, vicariis ac ceterarum ecclesiarum Rectoribus et capellanis ac eorum vicesgerentibus per nostram Civitatem et Diocesim Aquilegiensem constitutis ad quos presentes pervenerint salutem in Domino sempiternam. Circa pietatis opera vos non credimus difficiles inveniri ad que tenemini per vosmet ipsos verbo et exemplo invitare. Licet autem debeatis omnibus vere caritatis gratiam exhibere et pie eos preposito adiuvare dilectos tamen in Christo fratres nuncios Dom. [illegible] de [illegible] [illegible] de Burgo [illegible] et Stephanum de Burgo Hospitalis S. Spiritus in Saxia de urbe aut [illegible] in quo prestante Deo fiunt innumerabilia opera caritatis cum ad vos venerint aut alter ipsorum venerit ex parte Romane Ecclesie cuius familiares existunt et reverentiam Apostolice Sedis et nostram habere curetis specialiter [illegible] aut commendatum. Vos autem [illegible] mandatis Sedis Apostolice humiliter obedire sub pena excommunicationis vobis et vestrum singulis districte precipiendo mandamus quatenus negotium Hospitalis predicti recommendatum habentes eorum indulgentias per tres dies Dominicas successive et alias dies festivos occurrentes et amplius si necesse fuerit in Ecclesiis vestris coram populo vobis commisso et post Evangelium et ante elevationem Corporis Christi fideliter exponatis seu exponi faciatis et audire ea que dicti fratres nuncii dicere et proponere seu alter ipsorum voluerint aut voluerit coram vobis et populo iuxta suarum continentiam litterarum et elemosinas cum uno aut duobus parrochianis vestris in singulis Ecclesiis et parochiis vestris fideliter et solicite congregetis easdemque tradi et consignari faciatis omnia et singula bona dicti Hospitali ex testamento legata ita quod vestra caritas appareat per affectum. Elemosinas quas colligeritis ad dictum locum et personas deputatas assignetis prout dicti fratres nuncii vel eorum [illegible] aut ipsorum aliquis duxerit ordinandum, scientes quod omnibus benefactoribus Hospitalis predicti vere penitentibus et confessis a sancta Romana Ecclesia antedicta septima pars omnium peccatorum suorum in Domino relaxatur, de usuris vero et aliis rapinis et male ablatis et requisitis [iuxorum vel libertis] [illegible] ac de [illegible] deceptoribus votorum et viarum omnium Ierosolomitano dumtaxat excepto, de sacramentis falso modo factis et de penitentiis neglectis et [illegible] et [illegible]

canonicis putaverunt et de reddendo qui de consilio Prelatorum congrue satisfecerunt et de dampnis omissis et de peccatis omnibus quibus peccatores sunt confessi aut per negligentiam aut oblivionem omiserunt confiteri sunt veraciter absoluti Mandantes etiam quod populum vobis commissum ad eorum aut alicuius ipsorum requisitionem in unum congregari et convocari faciatis et tam mares quam feminas inducatis ut de bonis sibi a Deo collatis predictis fratribus nunciis seu alicui ipsorum cum veniant earum pauperibus pias elemosinas largiantur Nam a Sede Apostolica privilegia habent specialia prout ipsis privilegiis dictum continetur dummodo in prejudicium Terre Sancte aliquid tamen non attemptent Nos autem de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum et martirum Mercurii et Justiniani Patronorum nostre predicte Ecclesie meritis et intercessione confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui eidem hospitali vel eius nunciis aut Nuntio supradictis pias fuerint elemosinas elargiti et manus porrexerint adjutrices, quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus, presentibus post unum annum immediate sequentem minime valituris. Datum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum Datum in Terra nostra Magna die decimo Novembris anno Domini MCCCCXCVI. Ind. V.

Reg. dro catt.e pag. 110. [illegible]

1397 24 novembre Mug.°

Nobilis miles amice noster carissime pax [illegible] salutem. Recepimus litteras vestras qui-
bus intelleximus quod magnificus Dominus comes in Ortemburch habeat [illegible] ut decidere
differentias inter nostram Aquilegiensem Ecclesiam et vos ac servitores et subditos utrinque [illegible]
tamus et placet et eidem scribemus quod velit ipsas decisiones [illegible] et nobis [illegible] quod
in casu [illegible] ipse nollet stemus contenti quod Reverendus pater d. Episcopus [illegible]
[illegible] ac [illegible] nobis [illegible] aliquid
aliqua [illegible] causa non [illegible] nobis gravem [illegible] non [illegible] in eo [illegible] in casu
quo [illegible] comes [illegible] hoc velit [illegible] communis amicus et [illegible]
contenti [illegible] quae [illegible] quod medium [illegible] a nobis [illegible] subditis [illegible]
[illegible] quod nec vos nec majorem [illegible] nec [illegible] curamus
curamus, cum videremus namque [illegible] pace [illegible] inter illustres Dominos consanguineos
nostros carissimos Dominos Duces Austrie et eorum servitores et subditos inter quorum numerum
et vos estis et Ecclesiam vestram servitores ac subditos nostros quae [illegible] a predictis subditis
et servitoribus [illegible] ad faciendum sed cogitandum actum qui esset pacis [illegible]
vestro quoque modo, et si [illegible] presumeret id agere prefati Illustres Domini consanguinei nostri qui
in mundo inter ceteros Principes [illegible] et equitatis fama [illegible] quod [illegible]
[illegible] exemplar. In conclusione [illegible]
[illegible] contra vestros Ecclesiam et servitores ac subditos aliquas novitates movere [illegible]
[illegible] in singulis providere. Ad majorem [illegible] premissorum
fidem presentes [illegible] mittimus et easdem nostri [illegible] sigilli impressione muni-
vimus [illegible] Datum in Terra nostra Mugle die Sabbati XXIV mensis Novembris
quinta [illegible] hora in qua [illegible] hora [illegible] recepimus vestras litteras

Registro [illegible] pag.ª 114 [illegible]

1397 30 novembre Maglia

Investitura feudale di Giovanni Czeckarn

Antonius Dei gratia etc. Notum facimus universis presentes nostras litteras inspecturis quod in nostra constitutus presentia nobilis et egregius miles Johannes de Czeckarn fidelis [illegible] noster et nostre Aquilegiensis ecclesie [illegible] nobis cum instantia humiliter supplicavit quod cum ipse et progenitores sui a predecessoribus nostris Patriarchis Aquilegiensibus [illegible] habuerint tenuerint et possederint iure recti et legalis feudi certa bona infrascripta eundem Johannem de bonis feudalibus huiusmodi investire dignaremur. Nos vero [illegible] quod idem Johannes [illegible] supplicationibus [illegible] eundem Johannem [illegible] presentem pro se suisque heredibus [illegible] de [illegible] feudalibus huiusmodi eo iure quo idem Johannes et progenitores sui a predecessoribus nostris et nostra Aquilegiensi Ecclesia antiquitus habuerunt, tenuerunt et possederunt per nostrum anulum investimus salvo semper iure nostro nostreque Aquilegiensis Ecclesie et alterius cuiuscumque. Qui quidem Johannes fecit in nostris manibus fidelitatis debite [illegible] iuramentum quod fidelis vassallus quilibet suo domino prestare [illegible] tenetur. Bona autem feudalia de quibus superius fit mentio sunt hec: videlicet primo mansus unus in Kneschedorff item mansi quinque in Kalicnick item mansi duo in Willen item mansus unus in Braeschach item mansi quatuor in Sovitscach item mansi tres in Landaw item mansi sex prope Sanctum Michaelem, item mansus unus in Slayburg item in Kemwibz media decima de Salbedorff item locus unus ubi potest edificari molendinum item mansi duo in Svebilzach item mansi duo in Czalecke. Harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum in Terra nostra Magle die ultimo novembris anno Domini MCCCXCVII indictione V.

Registro [illegible] pag. 116 [illegible]

1397 1° Decembre Maglia

Gastaldie di S. Daniele, Ragogna e Sedegliano

Antonius Dei gratia etc. nobili Iohanni de Interampnea familiari nostro dilecto salutem et gratiam. De fidelitatis solertudinisque virtute tua plenam atque perceptam fiduciam obtinentes Gastaldias nostras S. Danielis et Ragogne hactenus [illegible] tibi, necnon etiam Gastaldiam nostram Sedeglani [illegible] a die qua [illegible] earumque iuribus cum gastaldionibus et iurisdictionibus quibuscumque ad ipsas nostras Gastaldias et earum cuilibet spectantibus et pertinentibus [illegible] modo tibi pro nobis et nostra Ecclesia exercendis et recipiendis tenore presentium usque ad voluntatis nostre beneplacitum [illegible] plene et presertim committendas [illegible] ad omnem nostram requisitionem teneas et debeas [illegible] debitam et sufficientem reddere rationem, mandantes [illegible] fidelibus nostris [illegible] et singulis [illegible] iuratis [illegible] dictarum nostrarum Gastaldiarum S. Danielis Ragogne et Sedeglani et universis et singulis dictis Gastaldiis et cuilibet earum subiectis harum tenore quatenus beneplacito nostro durante huiusmodi tibi aut tuis Vicegerentibus quos deputaveris loco tui in hiis omnibus que ad ipsarum Gastaldiarum officium spectant parere et obedire efficaciter studeant et intendant. Alioquin penas et sententias quas rite tuleris in rebelles ratas habebimus atque gratas faciemusque eas auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, mandantes tamen tibi quod personas eisdem Gastaldiis nostris subiectas et alias quascumque duces rationabiliter per leges dum et sententias easque contra earum antiquas consuetudines non gravabis dictasque Gastaldias ad honorem et statum nostre Ecclesie Aquilegiensis atque nostrum tenebis et eas finito nostro beneplacito in nostris manibus seu cui mandaverimus assignabis et dictarum Gastaldiarum officium in omnibus et per omnia bene legaliter et solicite exercebis et iura nostra et Ecclesie nostre ibidem illibata servabis. Harum sub nostri sigilli impressione testimonio litterarum. Datum in Terra nostra Maglo die primo Decembris, anno Domini MCCCXCVII indictione V.

Registro Litter. pag.a 115 [illegible]

1397 14 Decembre Muglia

Antonio Patriarca ordina al Consiglio e Comune di Albona che gli presentino lo Statuto che essi asseriscono essere stato loro dato dal Patriarca Bertrando.

[illegible] fidelibus nostris dilectis judicibus, Consilio et communi Castri nostri Albone

